

Publication/Creation

June 1949

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/b3bdwamp>

License and attribution

Wellcome Library; GB.

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Exspiratio penitus ab igne se superata, flamma enim ita nata esset, & non adhuc fu-
Magna & uelox mus esset. Quare si quis fumosa caliditate in corporibus animantium redun-
Magna & tarda dante, exspirationem magnam simulq; uelocem fieri dicat, non utique er-
Parua & tarda rarit. Manifestum est autem quod & facultatem integram esse tunc oportet,
Parua & uelox & nullum ex organis uitiatum. Similiter autem & magnam simulq; tardam in quibusdam delirantibus fieri, eodem modo quo contigit circa inspirationem. Sic & paruam simulq; tardam fieri his quibus nullum fumo-
 sum recrementum est coaceruatum. Et paruam ac uelocem, quibus est con-

gregatum fumosum recrementum, & dolent tamen simul aliquam particu-
 lam, quæ circa respirationes mouetur. semper enim horum memorem esse
 oportet, etiam si aliquando in sermone relinquuntur. Atque hæc quidē sunt
Respirandi dif- quatuor respirandi difficultatis coniugationes, quæ circa utranque totius
ficulitates iux- respirationis partem seorsim consistunt. Aliæ autem circa rythmum & con-
ta rythmū to- sonantiam ipsius, non circa utranq; seorsim partem fiunt. Quum enim in-
tius respira- spirationem exspirationi conferimus, quemadmodum in pulsibus dilata-
tionis tionem cōtractioni, rythmum hoc ipsum appellamus. Manifestum autem
 quod eādem speculationem hic locus expetat, quam de pulsum rythmis
 Herophilus conscripsit. Dicta quidem etiam nobis de ipsis quæ necessa-
 ria sunt in pulsum tractationibus, dicetur autem & nunc quā fieri po-
 test breuissimis, quibusnam ueluti scopis quibusdam, animum attendere
 oporteat, ut facile causas dissonantiæ in respirationibus inueniamus. Quæ
 enim iam iuxta utranque totius respirationis partē, inspirationē dico & ex-
 spirationem, in superiore sermone recensuimus, ea ipsa etiam nunc inspec-
 re operæpretiū nunc existimo circa ipsorum dissonantias. Velut uerbi gra-
 tia (non enim malum fuerit in uno quopiam uelut exemplo demonstrare
 id quod dicitur) Sit equidem tardior & minor quā secundum naturam
 inspiratio, Velocior autem & maior exspiratio; his sanè qui ita dispositi
 sunt dicemus calorem secundum naturam imminutum esse, auctum uero
 esse fumosum recrementū. Rursus in altera dissonantia quæ contrario mo-
 do habet, ita ut inspiratio quidem sit magna & uelox, exspiratio uero par-
 ua & tarda, auctum naturalem calorem dicemus, & nullum esse fumosum
 recrementum. Duplicem enim semper intelligere iuxta genus oportet calo-
 rem, alterum genuinum & corpori innatum, alterum uero acquisititium ac
 spuriū. Palàm igitur est quod huiusmodi cōiugatio nihil euariat ab his quæ
 in utraq; seorsim, hoc est alterutra existūt. Si em̃ inspiratio parua & tarda
 forte fuerit, perfrigerationē significat caliditatis secūdū naturā, quomodo
 cūq; habeat ipsa exspiratio: si uero exspiratio eodē modo fuerit disposita,
 de caliditate præter naturā idem indicabit. Nam & si magna aliquando ac
 uelox fiat, redundātem significabit caliditatē præter naturā, quomodocūq;
 habeat ipsa inspiratio. Quare nihil amplius ad prænotiones, huiusmodi
 comple-

*Signa Inspira-
 tionis et minor ex-
 spirationis uelox et
 tardæ.*

Duplex calor